



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XXII. Idem Archiepiscopo a Londin. Ap. Sed. Legato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

C A P V T XXII.

Idem Achiepiscopo^a Londin. Ap. Sed. Legato.

QVIA CIRCA. *Et infra:* Subsequenter etiam quæsivisti, utrum monachi ^b Omnia Sanctorum privilegium bonæ memorie B. prædecessori tui super Episcopis palibus & decimis retinendis indulatum extendere valeant ad possessiones adquisitas, & postmodum acquirendas. Super quo tale damus responsum f. t. quod si decimarum illarum remissio facta secundum canonicas sanctiones existit, prædecessor tuus indefinitè decimas Episcopales monasterio remittendo, cùm nihil excepit, & poterat excepisse, ac in beneficiis plenissima sit interpretatio adhibenda, nec debeat una, eademque substantia diverso jure censeri; intellexisse videtur de decimis non solum possessionum illius temporis, sed futuri.

N O T A.

1. ^a **L**ONDINENSIS.) Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap 4. Sed integrum hujus textus, & ejus veram inscriptionem dedi in cap. quia circa, de bigam. non ordin.

^b OMNIA SANCTORUM.) Monasterium hoc est Ordinis D. Benedicti, in diocesi Londenisi, ut refert Tamburinus in serie Abbatum, verbo Londenfis.

c EPISCOPALIBUS DECIMIS.) De quibus egi in cap. 4. de prescript.

COMMENTARIVM.

2. **I**N hoc textu Innocentius III. docet Episcopum privilegio suo concedentem monachis decimas Episcopales non solum presentes, verum & futuras, remissive videri, videlicet solvendas de prædictis postea adquisitis per ipsos monachos: quod difficile valde videtur ex sequentibus juris principiis. Primum nascitur ex eo, quia scilicet Summus Pontifex possit concedere exemptionem à solutione decimatum, tam monachis, quam laicis, c. decimas 16. q. 1. c. ult. ut lit. pendit. c. cùm dicat, de Ecclesi. adiit. c. acceditibus, c. si de terra, c. dudum 31. hoc tit. cap. ex multiplici, c. ex suo gestu, c. ex parte, c. nuper, de decimis; tamen Episcopus non potest simile privilegium concedere, ex vulgari principio, quo docetur, Episcopum non posse privilegium contra jus commune concedere, c. cùm dilectos, de elect. Clement. ne Romani, eodem tit. Docent Moneta de commut. c. 5. q. 2. a. n. 43. Anguanus de legibus lib. 3. controv. 1. Igitur in praesenti non poterat Episcopus Londenfis exemptionem à decimis monachis Benedictinis concedere. Accedit, nam Episcopi inconfutabile Capitulo, & sine debita solennitate aliquid de bonis Ecclesiæ, aut propriæ dignitatis alienare non valent, c. sine exceptione 52. 12. q. 2. quia non sunt rerum earum domini, sed economi, cap. fraternitatem 2. de donat. cap. 1. de his que sunt à Prelat. Igitur etiam ex defectu solennitatis praesens concessio exemptionis inefficax erat. Secundo difficultas etiam redditur hæc decisio ex eo, quia futura non cadunt sub indefinita dispositione, l. sita. l. final. in princip. ff. de auro & argent. ubi legato reliquo per illa verba, Argentum meum; tantum intelligitur reliquo, quod testator habebat tempore testamenti. Docent Menochius lib. 4. de presumpt. causa 127. n. 34. Manticus de conject. lib. 2. tit. 1. n. 1. Castillo de usufruct. c. 44. n. 4. Perez de Lara lib. 1. de capel. c. 16. n. 3. Igitur in praesenti casu sub generali, & indefinita concessione exemptions à solutione decimarum non comprehenduntur futura. Facit textus in Clement. final. de rescript. ubi docetur, rescriptum gratiosum ad beneficium vacaturum, non extendi ad beneficium postea cre-

tum: igitur quia concessione gratiōsā, est indefinita, non comprehenduntur futura. Quibus diffcultatibus ut suo ordine satisfaciamus, pro prime solutione dicendum est, Episcopum Londenfis in praesenti casu non concessisse exemptionem à decimis Episcopilibus per modum privilegi, sed beneficii, & donationis; unde quamvis Innocent. III. praesentem concessionem privilegium appellasset in principio textus ibi: privilegium prædecessoris tui; accipiendo illud latè pro concessione superioris, tamen in ipso decisione expresse agnoscit concessionem per modum beneficii factam fuisse, in illi, verbis: in beneficiis plenissima sit interpretatio adhibenda. Unde quia concessione hæc ut beneficium suslinetur; ideo ad futura extenditur, & latam recipit interpretationem, juxta textus in c. cùm dilectus &c. de donat. c. olim, de V. S. l. 3. ff. de constit. princip. l. 3. ff. de jure immanit. & tradita supra in c. si de terra, alijs siue privilegium suslinetur, praesens concessio strictam recipere interpretationem, c. ex tuarum 11. de auctor. & usupal. c. super eo 15. de offic. deleg. cap. porrò, cap. sane, cap. cùm capella, hoc tit. alijs relatis docuit Cancerius tom. 3. var. cap. 3. a. n. 2. Nec obstat secunda difficultas pro eius solutione varia adduxerunt Interpretates. Cabedo 2. par. de cibis 22. à nam. 5. existimat in praesenti casu specialiter exemptionem extendi ad futura, quia facta fuerat monachis, & ita favore religionis futura etiam comprehendendi sub ea, ex vulgari principio; quia videlicet summa elatio, quæ pro religione facit. Verum haec solutione omisla, alijs relatis ab Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 13. discrimine constituunt inter indefinitam dispositionem, cui adjectum est pronomen *meum*, & inter eam, in qua adjectum non est. Primo caluerunt, indeclinata dispositionem non protrahit ad futura, quia restricta est per pronomen *meum*, dicitur l. sita 7. l. final. ff. de auro & argent. Secundo vero casu ad futura indefinitam dispositionem extendi, l. quidam 7. ff. de vino, triticoque, l. cùm aurum 20. ff. de auro & argent. ubi in legato auri, vel tritici comprehenduntur omne, quod testator habebat tempore mortis; quam distinctionem explicat, & limitat Arias à Mesa lib. 13. var. cap. 13. cum sequent. Sed ea omisla dicendum est in praesenti, ideo concessionem extendi ad futuras decimas, quia agebatur de interpretatione similiis exemptionis contra ipsum concedentem. Episcopum videlicet successorem in dignitate. Cum enim ille tempore concessionis clausulâ indefinitâ usus fuerit, cùm potuisset apertius exprimere, se tantum de decimis praesentibus sentire; ideo contra eum interpretatione lata fit: quæ interpretatione facile colligitur ex illis verbis, cùm nihil excepit, & potuerit excepisse.

excepisse. Nec obstat quod dicebamus, ex defectu solennitatis in quacunque alienatione rei ecclesiastice adhibenda, nullam fuisse concessionem ab Episcopo Lundensi in praesenti casu factam; nam licet non exprimatur in facti serie, talem solennitatem adhibitam fuisse; tamen cum praecessisse satius exprimitur in illis verbis: *Remissio facta exitit secundum canonicas sanctiones.* In quibus verbis satius expressè Innocent. exigit, in hac concessione necessariam esse solennitatem à jure præscriptam similibus alienationibus. Nec tandem obstat tex-
tus in dicitur. *Clementina ultima, de re script.* pro cuius conciliatione cum praesenti textu Zabarella ibi, Petrus Barbosa in *I. divortio 8.8. quod in anno, n. 17. ff. solut. in atrio.* existimat discernere esse consti-
tuendum inter dispositiones indefinitas, univer-

sales, & particulares; ita ut priores ad futura c-
tiam extendantur, non vero posteriores. Sed eā
solutione omissa, & alia adducta à Valasco *confult.*
§ 8. num. 11. dicendum est cum Barbosa in dicitur.
Clem. final. Castillo de tertius, c. 14. n. 39. quos se-
quitur Arias à Meca lib. 3. *variar. cap. 41. n. 25.*
ideo in specie dicta Clementina reascriptum gra-
tiosum non extendit ad beneficia erecta, quia in
ipsis literis gratiosum expressus fuit certus modus
vacationis, beneficii vacaturi scilicet, qui modus
non poterat verificari in beneficio postea creato,
cum illud erigatur, non vero vacare dicatur. Accedit,
quia talis erectione nova beneficium non potest re-
ferri inter modos beneficiorum vacanti, cum nun-
quam collatum esset tale beneficium.

C A P V T XXIII.

Idem. in Concilio Generali Lateranensi.

Antiqua Patriarchalium Sedium privilegia renovantes sanctam universali Synodo approbante sancimus, ut post Romanam Ecclesiam (quæ disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet & principatum, utpote mater universorum Christi fidelium, & magistra,) d Constantopolitana primum, e Alexandria secundum, f Antiochena tertium, g Hierosolymitana quartum locum obtineat: servata cuilibet propriâ dignitate: ita quod postquam Antiflites eorum à Romano Pontifice receperint pallium (quod est plenitudinis officij Pontificis insigne) præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ juramento, licenter & ipsi suis suffraganeis h pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponzionem obedientiæ ab eisdem Dominicæ vero crucis i vexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in urbe Romana, & ubiquecumque summus Pontifex præsens extiterit, aut ejus Legatus utens insigniis Apostolicæ dignitaris. In omnibus autem provinciis eorum jurisdictioni subiectis ad eos (cum necesse fuerit) provocetur: salvis appellationibus ad Sedem Apostolicam interpolatis: quibus est ab omnibus humiliter k deferendum.

N O T A E.

a Lateranensi.) Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 6. & reperitur textus hic in cap. 5. Concilii Laterani generalis, celebrati sub Innocentio III. de quo nonnulla adduxi in cap. 1. de summa Trinit.

b Privilegia.) Hic deduci videtur, non iure communis, sed privilegio speciali competere Patriarchi jus deferendi crucem ante se: quod edoceri videatur in c. 1. ut lte pendent. ubi cum de hac relatione crucis agitur, ait Alexander III. *Quenam admodum vobis est beneficio privilegiorum Apostolicæ Sedis indultum.* Et c. conquestus 9. q. 3. ibi: *Primates autem, vel Patriarchæ, nihil privilegii habere prædicti Episcopi, nisi quantum sacri canones concedunt vel præsca consuetudo illis antiquius contulit, definiuntur.* Sed contrarium verius est, immo quod Patriarchæ possunt per totam dictionem suam crucem ante se deferre intra Provincias Metropolitanarum, ut potest etiam Archiepiscopos eam deferre infra dioeceses suffraganeorum, dicitur. cap. 1. ut lte pendent. *Clementina 2. hoc tit.* Faciunt textus in l. 1. ff. de offic. Proconsul. l. 1. Cod. de Prepositis sacr. cubic. lib. 12. l. in sacr. Cod. de proximis sacr. scrin. lib. 12. probat Azor in his. moral. c. 36. q. 1. Petrus Gregorius lib. 15. syntag. c. 9. n. 6. Pancirola lib. 1. var. c. 20. §. habent. Gratianus discept. forens. c. 467. n. 5. Acuana de primatu Brachar. c. 6. Nec contrarium probatur in praesenti textu, quia in eo speciale continetur privilegium, ut Patriarchæ possent

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

ubique crucem ante se deferre; quod facere ne-
quibant iure communis attento, sed tantum intra
proprium Primatum unde virtute privilegii hu-
ius eam deferunt ubique excepta urbe Romana,
aut ubi Legatus S. A. reperitur.

c Principatum.) Ecclesia enim Romana semper primatum habuit, & Ecclesia universalis est, unde sacerdotalis unitas exoritur. Irenæus lib. 3. contra Valent. cap. 3. Synodus Nicana can. 6. Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum. Pe-
lagius l. in epist. ad Sapaudum, ibi: *Apices Primituum à solis ortu usque ad occasum.* Cujus Episcopus eu-
stos fidei dicitur in Concil Ephesino adl. 2. San-
ctissimus, & Beatisimus universalis Patriarcha
magna Romæ appellatur ab Athanasio in libello
ad leonem Papam. Episcopus universalis à Sexto I.
in epist. 2. ibi: *Sixtus universalis Apostolica Ecclesia*
Episcopus. Gregorius IX. epist. ad Gennadium. ait de
Pontifice, quod illi competit apex Primitus à
solis ortu usque ad occasum. Pater Patrum, Epis-
copus Patriarcharum dicitur ab Athalarico Re-
ge apud Cassiodorum lib. 9 ep. 15. Et Valentinius
nus in ep. ad Theodosium, p. 1. Concil. Chalced. ait: *Princi-
patum habens sacerdotum, ad quem secundum con-
suetudinem Synodorum appellant Patriarche.* Theo-
dosius in Novel. 24. quæ extat ad calcem Codicis
Theodosii. ait: *Cum Sedis Apostolica Primitum sancti Peri meriti, qui Princeps est Episcopalis corone, & Ro-
manæ civitatis dignitas, sacra etiæ Synopi firmavit au-
toritas, ne quid præter auctoritatē istius Sedis inlicitum*

Vu 3

præsumptio